

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1533

Autre(s) référence(s) : Fauroux 90 / Tabuteau 171

Auteur(s) : Robert le Magnifique, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Montivilliers, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : 1035, 13 janvier

Lieu d'émission : Fécamp

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert le Magnifique, désireux de rendre son ancienne puissance au monastère de Notre-Dame de Montivilliers, jadis concédé à saint Philibert par le duc Warato décide, à l'instigation de sa tante Béatrice, de restaurer les biens enlevés et de confirmer les donations faites par lui ou son père Richard II à ladite abbaye :

les églises de Notre-Dame, Sainte-Croix et Saint-Germain à Montivilliers, celles d'Harfleur, de Rolleville, d'Octeville, d'Epouville, de Petit-Tanville, de Sanvic, de Gueutteville[-les-Grès], de Vasouy, de Rouelles, du Manoir sont déclarées affranchies des coutumes épiscopales, par concession expresse de Robert archevêque de Rouen. Il concède en outre le faubourg de Montivilliers avec le tonlieu et toutes les coutumes, le port d'Harfleur avec le tonlieu, le privilège de taxer les bateaux amarrés dans le port, la justice criminelle et le contrôle de la navigation ; Chiffreville en Hiémois et la Haye-du-Theil ; à Valdine six arpents et une maison ; la moitié du domaine de Lisores ; la terre d'un certain Ansgot ; cinq hôtes dans la terre d'Albericus ; à Calmesnil quatre hôtes et demi ; au Maisnil Richardi, trois hôtes et demi et trois bordiers ; à Routot treize hôtes, trois bordiers, une charruée et l'église ; cinq hôtes et demi près d'Harfleur, et sept bordiers ; quatre hôtes à Virville ; une chapelle, trois hôtes et six bordiers à Rouelles ; six hôtes au Mesnil-Daniel ; cinq à Fréville ; sept hôtes et demi et un bordier à Béateville ; quatorze hôtes et un bordier à Auberville ; une chapelle, quinze hôtes et demi et trois bordiers à Petit-Tanville ; vingt-six acres près de Virville ; vingt et un hôtes et dix-huit bordiers à Rolleville ; deux hôtes à la Coudraie ; l'église Saint-Martin-du-Manoir affranchie de toute coutume épiscopale ; quatre moulins à Rolleville, un à Epouville, deux à Montivilliers, seize salines, vingt-huit acres de pré et la dîme du faubourg de cet endroit ; trois quartiers de vigne sis sur la Seine à Becceret, et au même endroit la moitié de la vendange d'un certain Ascellinus.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°90, p. 231-235.

Texte établi d'après a

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Robertus, divina autoritate Normanorum dux et rector, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse volumus qualiter, divinæ miserationis instinctu, locum Sanctæ Mariæ Dei genitricis et perpetuæ virginis, qui dicitur Monasterium Villare, nostrorum petitionibus fidelium consentiendo, decrevimus ordinare et ad pristinæ facultatis amplitudinem, de qua jam peccatis exigentibus

ceciderat, elevare. Audivimus enim a sapientibus historiarum memorias recitantibus, supradictum locum sancto Philiberto a Waratone duce esse concessum eo rationis tenore ut illic in honore sanctæ Mariæ monasterium construeret, et virgines sub regulari disciplina Domino militaturas, et multis terrarum possessionibus beneficiatas ordinaret. Tantam vero loci auctoritatem frequenter audiendo, edificationem viri sanctissimi cum oblationibus fidelium perditum iri, et sanctarum virginum conversationem manu prædatoria violentorum adnullatam esse doluimus, et ablata restaurare et restaurata firma defentionis vi auctorisare statuimus. Hoc vero ut disposuimus, omnibus nostris fidelibus consentientibus, et maxime quadam amitta mea, nomine Beatrice, id agente et studente, quæ postea, habitu mutato, Domino illic militare elegit, presentis cartæ privilegio confirmamus, ut sine contradictionis molestia, ea quæ infra memorantur, vel a me vel a patre meo comite Richardo dedita sive concessa, supradicto monasterio perpetualiter serviant. In primis eandem Sancte Marie ecclesiam cum aliis subter scriptis ab omni episcopali consuetudine absolutam, immunem et omnino liberam constituimus, quod quidem non nostræ potestatis violentia agitur, sed donatione, voluntate et concessione domini Roberti Rothomagensis archiepiscopi constituitur et confirmatur. Hæc igitur sunt aliæ ecclesiæ quietæ, ecclesia de Sancta Cruce, ecclesia Sancti Germani, ecclesia de Horofluet, ecclesia de Rorivilla, ecclesia Octovilla, ecclesia Epouvilla, ecclesia Petitonvilla, ecclesia de Sanwic, ecclesia de Guttavilla, ecclesia de Washuic, ecclesia de Rotuelle, ecclesia de Mancir cum terra sacerdotali. In eadem villa Villaris monasterii suburbium totum cum teloneo et cum omnibus consuetudinibus, et portus de Herolfuot cum teloneo et sedibus navium, cum sanguine et licentia de navi, Sigelfridivilla in Oismeis et la Haia de Telloil ; in Valdine .VI. arpentia et unam domum, et medietatem villæ quæ vocatur Luxorial ; terra cujusdam Angosti ; in terra Alberici .V. hospites ; in Karolo mesnil.III. et dimidium ; in maisnil Richardi tres et dimidium et tres bordarios ; in Rodulftot.XIII. et .III. bordarios et terram ad unam carrucam, et ecclesiam ; secus Herolfeot quinque hospites et dimidium, .VII. bordarios ; in Wiuridivilla.III. hospites ; in Rodeuvello tres et una capella et sex bordarios ; en Daniel mesnil .VI. hospites, in Fredevilla.V., in Beatavilla.VII. et dimidium, et unum bordarium ; in Ubervilla.XIV. hospites et unum bordarium ; in Petitonvilla .XV. et dimidium et tria bordaria et capella secus Viuridevillam.XXVI. agros ; in Rorivilla.XX., et unum hospitem et .XVIII. bordarios et duos hospites ad Coldretum ; in villa del Maneir ecclesiam Sancti Martini immunem ab omni episcopali consuetudine, ut supra dictæ cum terra sacerdotali ; in Rorivilla.III. molendinos, ad Expouvilla unum ; in Monasterio Villare duo, salinas .XVI., .XX. et .VIII. agros de prato, omnem vero decimam totius suburbii eidem loco et quæ in circuitu villarum habentur, in villa autem quæ vulgo Becceret appellatur tres parterios vineæ super Sequanam sitæ, et medietatem vini quod est Ascellini ejusdem ville. Hec omnia, ut diximus, nostræ concessionis jure, ad locum memoratum pertineant. Et ne quis hanc donationem delere presumat, hoc inscriptionis privilegium sub ecclesiæ testimonio confirmamus et annuli nostri impressione roboramus, neve in eodem loco alterius sexus ordo habeatur preter suprascripti. Quod si, inimico humani generis instigante status sanctæ regulæ depravatus, quod absit, aliquando defecerit, eodem sexu eodemque reparetur ordine. Aliter ne fiat, nostra auctoritate sub horum presentia ac subscriptione, anathematis feriatur eternæ damnationis, testium patrum mei videlicet Roberti archiepiscopi, Hugonis quoque Ebroacensis alteriusque Hugonis episcopi Abrincarum civitatis, Joannis etiam Fiscannentium abbatis, necnon Gradulphi abbatis Fontinellensis cenobii hujus operis maxime procuratoris, cui eadem amitta mea sanctæ professionis firmitatem professa est, comitis Balduini, Angelram, Osberni, Nigelli vicecomitis et Goscelini et Ricardi et ceterorum nobilium. Facta est hec privilegii auctoritas Fiscanni in conventu celebri, idus Januarii, .VIII. anno regni nostri, (quarto) quo et Hierusalem petiturus ibi licentiam eundi a Deo et sanctis ejus petii, anno ab Incarnatione Domini millesimo tricesimo quinto, regnante Francorum rege Henrico, anno .IIII., indictione quarta, feliciter.